

In Dei Nomine Amen. Die Lune vigesima Mensis Novembris 1702. =  
 tempore Pontificatus . . . Clementis Divina Providentia Pape undecimi  
 Anna Maria filia quondam Francisci Laureti Uxor Josephi Joannis Baptiste  
 quondam Dominici Fini de Massignano Personaliter comparuit Coram Per Illustrer, et  
 Admodum Reverendo Domino Joanne Paulo Tassono Vicario foraneo, et Judice  
 ordinario ad interponenda decreta in contractibus Minorum, et Mu-  
 lierum, et maxime in rebus Ecclesiasticis Massignani, pro-  
 ut in Sijnodo Diecesano & Pro Tribunalis sedente in scabello  
 ligneo, posito in loco inferius dicendo.  
 Coram quo sic sedente in scabello ligneo ad hunc effectum  
 posito, quod scabellum, et locum pro suo Juridico Tribunalis  
 electo, et deputato per expositionem mei dicta compares exponit, quod sub die 21 .  
 Aprilis anni proximi preteriti 1701. = una simul, et in solidum  
 cum dicto eius Viro imposuisse super suis bonis unum annum, et  
 perpetuum Censum scutorum decem monete ad rationem octo pro centenario, et  
 anno ad favorem Reverendi Domini Joannis Possentis de Possentibus de eodem,  
 prout sub rogitu mei, ad quem & et factis plurimis diligentij  
 inveniendi pro minori pretio, denique invenit, quod Venerabilis  
 Societas Sancte Marie Suffragij huius loci Massignani eidem comparenti tradere,  
 et accensare velle scuta viginti quinque ad rationem sex  
 pro centenario, et anno, et stante supradicto lucro, intendit, et vult  
 cum supradicto eius Viro dicta scuta viginti quinque imponere, et fundare super infrascrip-  
 tis bonis dotalibus, scilicet petio terre, et Domo inferius dicendo,  
 cum quibus extinguere vult dictum Censum, et solvere  
 fructus decursos, et non solutos, et residuum . . . pro omnibus  
 aliis rebus necessarijs, et opportunis pro eius, et familie victu  
 hoc anno penurioso & Que Societas Sancte Marie Suffra-  
 gj exhibuit dictam pecuniam tradere, dummodo tamen accederet supradicta